

Johann Bacmeister

**Rector Academiae Rostochiensis Joannes Bacmeisterus, Phil. & Med. D. ac
Professor. Ad triste & lugubre exequiale officium quod ... Viro, Dn. Friderico
Heinio, I. U. Doctori eximio, moestiissimi parentes & vidua hodie hora media 1. ...
praestari expetunt; Omnes omnium ordinum Cives Academicos officiose &
amanter invitati**

Rostochi[i]: Pedanus, 1629

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn770974120>

Druck Freier  Zugang



Bacmeister, J.,

in F. Hein.

Rost. 1629.

20.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770974120/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770974120/phys_0003)





RECTOR
ACADEMIAE ROSTOCHIENSIS
JOANNES BACMEISTERUS
Phil. & Med. D. ac Professor.

Ad

triste & lugubre exequiale officium

quod

CLARISSIMO CONSULTISSIMO AC DO-
ctissimo Viro,

DN. FRIDERICO
HEINIO, J. U. Doctori
eximio,

mæstissimi parentes & vidua hodiè hora media i. in
templo Jacobæo præstari expertunt;

Omnes omnium ordinum Cives Academicos
officiose & amanter invitati.



Rostochi

Literis Joachimi Pedani, Acad. Typogr.
Anno M. DC. XXIX.



RECTOR
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS,
JOANNES BACMEISTERUS,
Phil. & Med. Doct. ac Professor,

N: Aturam rerum credi-
toris more, nemini hominum
vitam mancipio, sed tantum ejus
usuram tanquam pecuniaë conce-
dere, nulla interim præfinita-
die, atq; ob id in exigendo de-
bito, non nostram satietatem,,
sed suam legem sequi Philoso-
phorum principes argutissimè differunt. Qui sane in
hoc nullum aliud studium sibi sumere videntur, quam
ut nos rectissimè informent, quomodo adversus intor-
nantis fortunæ & præsertim fatalis necessitatis incursus,
pectus nostrum constantia præmuniamus, ut si quando-
nos ipsos, aut Parentes, aut Conjuges, aut Liberos, aut
quos unicè amamus familiares, præter omnem spem ex
vitæ statione deturbari experiamur, ne tum longum in-
nos dominium dolori permittamus, sed animum citò in
tranquillam patientiæ sedem reponamus. Nullo enim
modo Natura nos aliqua injuria lacescit, & quod no-
strum.

Strum est, nobis ex insidiis eripere proruit, sed æquissimo
jure sua repetit, nulla alia ratione nobis commodata,
quam, ubi pro libitu nos appellaverit, ut tum statim sine
tergiversatione aut ulla procrastinatione, aut potius u-
nius momenti prorogatione, omnia certo restituamus.
Quid igitur nos improbè injurij in Naturam, maximam
ejus benignitatem importunis querelis insequimur?
Cur non potius ipsi gratias agimus, quod quæ citius
potuisset, tardius repeatat; & hodiè primum auferat,
quæ heri vel antè plures dies, aut mensem, vel etiam antè
annos aliquot, simili jure potuisset auferre. O magna
humanæ mentis pravitas! O insatiabilis omnium rerum
aviditas, quæ indignatur reddere quod concessum est
precariò ac gratuitò! Quantò justior fuit Anaxagoras,
perpetua adhuc fama celebrandus, qui nuntiata filij
morte, dignam magno viro & generoso spiritu abundan-
tem vocem emisit: Ego cum genui moriturum scivi.
Hujus exemplo Amplissimum, Consultissimum & Do-
ctissimum virum, Dn. ALBERTUM HEINIUM,
J. U. Doctorem, Illustrissimi ac Celsissimi Principis ac
Domini, Dn. JOANNIS ALBERTI, Ducis Megapoliti-
tani, &c. Consiliarium, Professorem Decretalium ultra-
30. annos, & Juridicæ Facultatis in hac Academia Senio-
rem ac p. t. Decanum, benè meritum & celeberrimum
Collegam, affinem & amicum nostrum honorandum,
nunc adversus gravissimum dolorem, ex carissimi filij
natu maximi, Dn. FRIDERICI HEINII, J. U. Docto-
ris eximij, insperato obitu, sibi objectum, pari vigore a-
nimum oportet obsfirmare, ne Naturæ aut Deo suum
reposcenti, immodestè videatur refragari. Suscepit au-
tem filium hunc præfatus Dn. D. ALBERTUS, ex caris-

fima conjugē CATHARINA HORSTMANNIA matrona, omnibus fœmineum sexum decorantibus virtutibus ornatissima, quæ Anno 1619. die 18. Martij ex hac misericarum valle avocata & in cœlestem patriam est translata. Incidit autem dies ipsius natalis in 2. Februario, anni 1598. circa quintam vespertinam, quo primum lætissimo vultu & aspectu parentes carissimos exhiberavit. Avum paternum habuit, virum Consultissimum & nominis celebritate multis in hac provincia, Academia & Republ. notissimum, Dn. FRIDERICUM HEINIUM, itidem J. V. Doctorem & apud nos Decretalium Professorem publicum, Illustrissimi quondam ac Celsissimi Principis ac Domini, Dn. JOANNIS ALBERTI, Ducis Megapolitani, &c. beatissimæ recordationis Consiliarium, postea vero Syndicum & Consulem hujus urbis amplissimum & prudentissimum; Aviam vero paternam, ANNAM DOBBINIAM, Venerandi senis Dn. ALBERTI DOBBINII, Senatoris quondam hujus Reipubl. primarij ac spectatissimi filiam. Maternum vero genus dicit ab avo, HENRICO Horstmann, cive & bibliopola Lubecensi præcipuo, ejusq; conjugē A N N A von Hasselen, fœmina lectrissima & omni virtutū genere maxime conspicua. Cum v; in prima pueritia, elegantis ingenij indicia sese in piè defuncto exercerent, solliciti parentes, nihil eorū, quod ad honestā ipsius educationem facere posset, intermisere, sed in primis animum ipsius vera pietate, & iis quoq; artibus & litteris: quibus ad paternam & avitam virtutem imitandā juvenus incitari posset, quarumq; usus in Republ. & vita communī deinceps, non exiguis esset futurus, diligentissimorum præceptorum informatione tum hic:

Rost-

Rostochij, tum Gustrovij imbui curarunt, in quibus quoque usq; adeò felices habuit progressus, accedente singulari vitæ modestia ac morum elegantia, ut parentes illum ad exterias quoq; Academias uberioris studiorum fructus capessendi causa, ablegandum censerent. Anno igitur 1618. mense Septembri, ætatis 20. felicibus auspiciis peregrinationis suæ fecit initium, edito prius insigni specimine & tyrocinio eruditionis luæ in recitatione elegantis & doctæ orationis, & publica disputatione Juridica; ac Argentoratum primum, postea Tubingam, inde Altorffium Noricoru, & demum Jenam iter suu, de consensu & voluntate parentis instituit, ibidemq; doctissimos & celeberrimos Juris antistites, Jenæ ORTOLOPHUM FOMANNUM & DOMINICUM ARUMÆUM; Altorffij ANDREAM DINNERUM. Tubingæ CHRISTOPHORUM BESOLDVM: Argentorati D. MEIERVM publicè docentes diligenter audivit, & privata quoq; ipsorum conversatione & institutione est usus. Neq; tantum in solius Juris studio colendo fuit occupatus, sed & historiarum & oratoriæ facultatis studium, veluti necessaria Juris adminicula adjunxit & pro virili diligentí & indefesso studio excoluit; ac ubiq; memoriam aliquam sui, non saxis sed animis doctissimorum virorum impressam, documentum nempe progressus in studiis, aut oratione politica, aut disputatione Juridica editum reliquit. Jenæ quinetiam Collegium Juridicum aperuit, & antequam id aperiret Theses publicè propositas in nobilissimo totius Academiæ conventu, præsidio suo masculè defendit. Inter peregrinandum quoq; celeberrimas Academias, Basileensem, Ingolstadensem & Lipsiensem vidi & salutavit. Anno vero 1622. circa Festum Pentecostes in patriam

A 3.

patriam

patriā feliciter est reversus & ut antea, Juris studio gna-
viter incubuit, ac honorificum sibi esse putavit, si affi-
nium suorum Clarissimorum Jurisconsultorum, qui ex
familia HEINIANA plures prodierunt, utpote HENRI-
CI CAMERARII, ERNESTI COTHMANNI, BAR-
THOLDI KICHLERI, & NICOLAI WILLEBRANDI,
quorum tres singularia hujus Academiæ lumina & orna-
menta fuere, & inter hos Dn. D. ERNESTUS COTH-
NANNUS per aliquot annorum decursum Cancellarij,
Dn. KICHLERVS verò Consiliarij munere in aula Mer-
gapolitana fideliter sunt perfuncti, tum quoq; Domini
parentis sui & patruorum Clarissimorum Dn. D. JACO-
BI & Dn. D. HENRICI HEINIORVM vestigia preme-
ret, idq; ageret, ut & ipse in honestissimum Jurisconsul-
torum ordinem cooptaretur. Honesta itaq; *Philolalia*,
præmium exantlati laboris, titulum Doctoralem in hac
nostra Academia sibi conferri petiit & obtinuit Anno
1623. die 13. Junij. Insequenti statim anno 1624. circa
Festum purificationis Mariæ suasu & consilio patris, ani-
mum ad conjugium appulit, tædisq; jugalibus sibi copu-
lavit, pudicissimam ac lectissimam virginem, ELISABETHAM Hanen/ patritio genere hic Rostochij ortam,
Patre quidem BALTHASARO Hanen cive hujus Reip.
dum vivebat primario, & matre ANNA LVSCHOVIA,
matrona pientissima & omnibus virtutibus matronali-
bus decoratissima, nunc piè defuncti parenti, Collegæ
nostro honorando, Dno. D. ALBERTO HEINIO se-
cundo matrimonio consociata, Dn. D. MARCI LVS-
COVII, eximij quondam in hac Academia codicis Pro-
fessoris & ELISABETÆ KIRCHOVIAE (magni illius
Germaniae JC. LAVRENTII KIRCHOVII sororis) filia,

con.

Conjugium verò hoc nec infelix nec infœcundum extitit, siquidem ipsi ex eo natæ sint tres filiæ, ANNA, CATHERINA & ANNA ELISABETHA, quarum ultima cum tristissima matre jam sola est superstes, cura patris orbata prius, quām curam & amorem parentis per ætatem, nosse posset. Durante hoc ipsis conjugio nulli labori pepereit, sed sæpius in juridicis disputationibus publicis, præsidis partes sustinuit: Academicam juventutem ad scientiam Juris sedulò deduxit: collegia multa aperuit & absolvit, in quibus nunc legendo, nunc disputando, aut institutiones Justinianæas, aut Pandectas Juris perspicue & dilucide explicavit, ac per integrum biennium singulis ferè mensibus in Academia disputando, tum de jure in Facultate Juridica respondendo substitutionis nomine, supplevit locum absentis Clarissimi & Consultissimi viri Dn. LAURENTII STEPHANI, quām diu is in aula Gustroviensi commorari cogebatur. Ita paulatim aliis inserviendo, scipsum consumpsit, & cum esset non satis firmæ constitutionis corporis, factum, cum non ita pridem, 30. Nempe Aprilis Gustrovia rediret, quo fratri sui M A R C I HANII causa concesserat, domum rediret, febri continua eaq; maligna, jam passim apud nos grassante, corriperetur, qua cum per integros undecim dies graviter est colluctatus, nihil à præstantissimis Medicis præscriptis medicamentis proficientibus, atq; succumbente natura, pia fidei in Deum constantia, humanis rebus valedixit, & II. hujus mensis die, paulò post 3. pomeridianam, in florente ætate, Anno 32. currente ex terrestri hac in Cœlestem Academiam, est translatus. Habuit cum proculdubio Deus carissimum. Nam, quos amat, mature ex hac vita subducit,

ne

ne diutius inter mundi hujus falsas jucunditates, inter certos dolores, inter damnosas voluptates, inter duros labores, inter tristissimos bellorum tumultus, inter timidam quietem huc illuc rapiantur, sed in cœlo in veram & perpetuam libertatem & solidam quietem collectentur, ubi non erit hostis impugnans, nec ulla illecebra, sed summa & certa securitas, secura tranquillitas, & tranquilla jucunditas, jucunda felicitas, felix æternitas, æterna beatitudo, & beata Trinitas, & Trinitatis unitas, & unitatis Deitas, & Deitatis beata visio, quo nos etiam tandem deducat Jechovah, benedictus in secula. Nos verò cum & piè defuncto honorem præstare ultimum, & tristissimis parentibus ac moestissimæ viduæ, condolentiam nostram, ex Christiano caritatis præscripto declarare teneamur, & corporis ipsius exuvia, hodiè hora media prima humi condendæ sint, rogamus & hortamur, omnes Academicam Jurisdictionem agnoscentes, Dnn. Professores, Doctores, Ecclesiæ ministros, Magistros, & Studiosam juventutem, ut haut gravatim ad funeris ceremonias peragendas frequentes in vicino templo Jacobæo convenient, Deoq; piis precibus Ecclesiam & Rempubl. utramq; commendent. Quod in gratiam venerandi senis Dn. D. ALBERTI, & totius amplissimæ HEINIORVM familie, de Academia nostra optimè meritæ, & subinde benè merentis, illos sponte facturos confidimus. P. P. Rostochij sub sigillo Rectoratus nostri 15. Maij Anno 1629.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770974120/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770974120/phys_0013)



GK






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770974120/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770974120/phys_0016)

DFG

Conjugium verò hoc nec infelix nō
tit, siquidem ipsi ex eo natæ sicut træ
THARINA & ANNA ELISABETTE
cum tristissima matre jam sola est sū
orbata prius, quām curam & amore
tem, nosse posset. Durante hoc ipsi
bore pepereit, sed sāpius in juridicis
publicis, præsidis partes sustinuit:
tutem ad scientiam Juris sedulò
multa aperuit & absolvit, in quibus
disputando, aut institutiones Justitiae
etas Juris perspicue & dilucide expli-
grum biennium singulis ferè mensibus
sputando, tum de jure in Facultate Juri-
do substitutionis nomine, supplevit
rissimi & Consultissimi viri Dn. LAUL-
NI, quām diu is in aula Gustrovien-
batur. Ita paulatim aliis inserviend
psit, & cum esset non satis firmæ con-
factum, cum non ita pridem, 30. Ne-
vio rediret, quo fratri sui M A R C I
cesserat, domum rediret, febri conti-
jam passim apud nos grassante, corri-
per integrōs undecim dies graviter e
à præstantissimis Medicis præscriptis
ficientibus, atq; succumbente natura
constantia, humanis rebus valedixit
die, paulò post 3. pomeridianam, in fl.
32. currente ex terrestri hac in Cœlo
est translatus. Habuit cum proculd
mum. Nam, quos amat, mature ex



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. 03

Patch Reference numbers on UTT

10 09 03 02 01 C7 B7 A7 C8 B8 A8 C9 B9

sum exti-
NA, CA-
ultima
ra patris
per æta-
nulli la-
tionibus
n juven-
ollegia-
do, nunc
t Pande-
er inte-
remia di-
ponden-
tis Clas-
SEPHAE
ri coge-
onsum-
orporis,
Gustro-
nsa con-
ligna-
ua cum
us, nihil
tis pro-
Deum
mensis
, Anno
miam-
carissi-
ducit,
ne-